



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

Regnault, Valère

Mogvntiæ, 1617

Cap. 2. De obligatione filiorum erga parentes ex vi huius præcepti,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78332](#)

causimodi sunt tutores, curatores, domini, magistri, & mariti, quoad uxores, iuxta eosdem autores. Quinetiam fenes, & xate prouecti suo modo patres dicuntur, vt notarunt Concil. Colon. & Catechismus Concilij Tridentin. D. Thom. quoque 2.2. queſt. 122. art. 5. ad 2. & Sotu in 2. De iuſtit. & iure, queſt. 4. art. 5. ſignificant patriam & confanguineos appellationem parentum hic comprehendit: quod idem loco cit. tangit Nauarrus. Ceterum ad omnia praedicta parentum genera praeceptum illud sic extenditur, vt honor debitus parentibus carnalibus fit regula, & mensura honoris, qui a liis omnibus debetur. Parentum vero carnalium nomine intellige non tantum patrem & matrem, sed etiam omnes ascendentis in recta linea, hoc eft auum, & auam, abauum & abauam: proauum, & proauam qui mediate nos secundum carnem generunt.

Notandum tertio, conuenienter huie praecepto de honorandis parentibus adiunctum fuile premium illis verbis, *vt filius longius super terram,* cuius conuenienter rationes diuersae videiri possunt apud D. Thom. 1.2. queſt. 100. art. 7. ad 3. & Alexan. Aten. in eadem queſt. 33. memb. 3. art. 2. D. Anton. 1. par. tit. 14. cap. 4. §. 8. Vnam enim attigisse sufficeret, nempe video seruantibus hoc praeceptum fuile propolitum eiusmodi praeium, longitudinem inquam vita, quia decimissimum eft, vt vita iis prolongetur qui parentes colunt, à quibus post Deum cam acceperunt. Que ratio eft D. Thom. 2.2. queſt. 122. art. 5. ad 4. & Sotu in fine citati art. 5. aliorumq; communiter.

Ceterum longitudine ea intelligenda eft promissa, non ſolum pro futura ſed etiam pro preſenti vita ex D. Thoma & Soto in iſdem locis, & conflat ex illo priori ad Timoth. cap. 4. Pietas ad omnia vtilis eft, promiſionem habens vita quæ nunc eft, & futura. Vbi d. Paulus alludit ad hoc quartum praeceptum, in quo iniungitur parentum honoratio, quæ aetus eft ſpectans ad virtutem pietatis, iuxta ea quæ tradit D. Thomas 2.2. queſt. 10. art. 1. & poſt eum D. Anton. 4. par. tit. 5. cap. 9. in princip. & Nauar. in Enchir. cap. 14. num. 1. Cur vero non ſemper ita enierat, vt iis qui parentes honorat, diu vivat, quin potius aliquid, vt breuiore vita potiatur: ratio eft, quia promiſiones bonorum temporalium ſemper ordinantur ad promotionem vita æternæ; & ideo ſi contingat, vt temporalis vita longior, detrimentum ſempiternæ vita acferatalicui, Deus illum ad ſe aduocat: quod poſt D. Thom. 2.2. queſt. 122. art. 5. ad 4. annotant Concil. Colon. & Catechismus Concil. Trident. in expoſitione huius praecepti verius finem.

Notandum eft quarto, quod licet in hoc praecepto agatur præcife de honore qui à filiis exhibendus eft parentibus; ipſum tamen implicite comprehendere obligationem parentum erga filios, quæ pariter eft virtus pietatis, de cuius actu hoc praeceptum cenfetur datum: ſicut præcedentia de actibus virtutis religionis: hocq; eft quod aliqui dicunt, praeceptum illud de honorandis parentibus, eft vltro citroque obligatorium. Cur autem expreſſa mentio facta ſit tantum de honore parentum, nihilq; dicatur de filiis honorandis D. Anton. 1. par. tit. 14. cap. 4. §. 5. poſt Alexan. Aten. 3. par. queſt. 33. memb. 3. art. 1. rationem reddit: quod naturalis inclinatio latit ostendat in patriis, quod debeat filii obsequium & beneficium. De quo præſtando non ſuit proinde opus dare in Decalogo præceptum; vt nec de amore ſui, quem naturalis inclinatio fati commendat.

Porro ſicut hic per parentes intelliguntur etiam alij à carnalibus vt in 2. nota, dictum eft; ita etiam censendum eft ſub hoc praecepto contineare quoque eam obligationem quæ iudicium habent in ordine ad illos quorum censentur quæ parentes: nempe obligationem quæ imputabit Praetato in ordine ad subditos & domino in ordine ad seruos, &c.

C A P V T I I .

De obligatione filiorum erga parentes ex vi huius præcepti.

S V M M A R I V M .

- 6 Obligatio filiorum erga parentes, ad queſt. & qualiter fit ad mortale.
- 7 Obligatio filiorum ad amorem parentum.

- 8 Talis amor exigit tum fugam odij contrarij, tum exhibitionem eu/dem amori.
- 9 Obligatio filii ſubueniendi neceſſati ſpirituali parentum.
- 10 Obligatio eiusdem ſubueniendi neceſſati corporali eorumdem.
- 11 Filius non potest ingredi religionem reliquendo patrem in extrema neceſſitate, niſi ei aliud de re eft ſufficienter prouidere.
- 12 An iſ qui tam eft professus teneatur ob ſimi. m neceſſitem egreſi religionem.
- 13 Conditione: quæ talis egressus requiriit ut sit licitus.
- 14 Obligatio filii ſubueniendi parentibus etiam condemnatis perire fame, & conſtitutus in neceſſitate ſpirituali.
- 15 Obligatio filiorum obediendi parentibus.
- 16 Quod non obedi parentibus fit al quando pecca un mortale.
- 17 Deiſis in quibus filius tenetur, aut non tenetur ſub mortali obedi parentibus.
- 18 Quonodo teneatur filius obedi parentibus quoad matrimonium contra abendum.
- 19 Quod patre, non debet cog. re filium, aut fili amad maritum cum aliqua certa persona in eundem.
- 20 Quod filii non teneantur obedi parentibus pricipientibus, aut pr. hibentibus ingressum religionis.
- 21 Quid agere debeat filius cum parentes nulla neceſſitate compulsi impeditum ipſius ingressum in religionem.
- 22 Quid operetur patria potiſt. e.
- 23 Modo quibus filius ab eadem pot. ſtate liberatur.
- 24 De pec. ato filii per patientis, aut contumel. aſſicientis parentes, a i. noſtentes eos agnoscere.
- 25 Quando fit, an non ſit permissa filio parentum a. cufatio.
- 26 De patre filius conquer. potest in iudicio: non item contra eum ferre testimoniorum.
- 27 Documenta de peccato quod filii committunt accipiendo, vel excipiendo bona paterna.
- 28 Quomoſi filius poſit in eundem accipe: et aliqua de bonis paternis in mercede laboris quem juſcipit in aliis adagendis, aut conſeruandis.

Tria a potissimum ſunt (vt ex Concil. Colon. in preced. cap. ſub finem primi notabilis attigimus) quæ filii parentibus tenentur exhibere, vt debitum illis honorem impendant: amore, nimis, obedientiam, & reverentiam. De quibus in particuliari quædam annotabimus quæ maxime ad iſtitutum noſtrum facere videntur: ſi tamen duo de iſdem vniuerſe preſeruimus. Alterum eft, quod quamvis talia aliquando debeat eſt alijs proximis; facilius tamen peccatum mortale committatur, cum denegantur patri, quam cum denegantur aliis. Nam eti. grauitas materiæ, ſemper requiratur ad peccatum mortale: illa tamen iniuria, quæ respectu aliorum eft leuis: respectu patris ſepe eft grauus. Alterum eft quod quando peccatum mortale contra patrem committitur, oritur noua circumſtancia in confessione exprimenda: vt ſi qui perculſerit patrem, non eft ſatis dicat ſe perculſiſe proximum, ſed explicare debet ſe perculſiſe patrem: vt bene notat Nauar. in Enchir. cap. 14. num. II.

S E C T I O I .

De obligatione filiorum ad amorem parentum.

- A Que vtad particularia ipsa veniamus. Notandum eft primo, quod ad amorem attinet, non poſſe in dubium vocari, quin parentes ſint maxime diligendi: ſi enim quemque proximum vti nos ipſos diligere debemus, quid de parentibus ſentiendum eft? qui & proximi nobis ſunt, & vita noſtra cauſa: quia ex parte in eis quoddam diuina maiestatis vestigium adumbratum eft, vt habeat Concil. Colonienſe in expoſitione huius praecepti, verſu, labet. Inde inferens nos poſt Deum intimo, ac ſupremo amore parentem profequi, amplectique debere. Nec aduerſatur quod Luca 14. Chriftus dicit discipulum ſui eft non poſſe cum, qui patrem & matrem odio non habuerit: ſolum enim voluit patrem & matrem non eft ipſi præferendos: quin potius ipſum eft omnino anteponendum, vt recte notauit idem Concil. Colon. in ſeq. verſu, Sed dices: & poſt ipſum Nauar. in cit. cap. 14. num. 4.

num. 4. idque congruerter doctrinæ D. Thomæ 2. 2. quæst. 101. art. 4.

Talis vero amor quo filius diligere debet parentes consistit in duobus; nimirum in fuga contrarij; id est, ut parentes ipsos non habeat odio. Ex quo capite præceptum istud est negatiuum, obligans pro omni tempore; præterea in exhibitione amoris; hacque ex parte idem præceptum est affirmatum obligans non pro omni, sed pro solum tempore quo necessitatē virgere ex circumstantiis prudenter iudicatur. Adde quod idem amor nō solum interior, sed non-nunquam exterior etiam debeat esse: ex Sylvestri in verbo Filii, quæst. 22. & Armilla in verbo Filiis, §. 22. Filius ergo qui parentes profectus est odio, aut graui molesta afficit, vel qui notabilem dampnum eis optat, puta mortem, mendicitatem, & id genus alia, mortaliter peccat: teneturq; talem circumstantiam aperire in confessione, ex Nauar. in Enchirid. cap. 14. num. 11. Quod locum habet quantumvis quid eiusmodi usurpet, non ex odio; sed vt à custodia parentum citius ea ratione liberetur: vel citius possit bonis ipsorum frui, ex eodem Nauar. in seq. num. 13. verf. 9.

Similiter peccat filius si necessitatē spirituali patris nō prouideat, cum possit. Nam amor quo erga eum debet affici postulat vt in tali necessitate ei subueniat. Vnde ait Concil. Colon. in cit. verf. Iubet: si parentes habeas in quibus pietatem desideras, summa ope nisi debes, vt eos non quidem acerbe sed reuerentissime admoneas, & ad Christum & pietatem trahas: vt de voluntate Dei instructos ex malis bonos officias. Quod si in mortis sint articulo, à filiis ipsiis danda est opera, ne iij decadant sine confessione; & alii sacramentis que debent tunc percipi ab hominibus Christianis. Id quod Catechismus Concilij Tridentini editus habet in expositione huius præcepti mortaliterq; peccaret filius, qui tunc prohibetur ne parentes aliquid pauperibus pro anima sua salutem erogarent; aut ne testamentum conciderent, & multo magis qui voluntatem ipsorum auerteret à facienda restituitione illorum, quæ restituere tenentur: de quo Nauar. in cit. verf. 9. Vbi adiuvante quod si quid cum hereditate paterna filio obuenierit quod alienum esse sciret, si debeat illud omnino restituere, nec possit retinere, vt pbatur ex cap. Michael, De fiscis: nisi q; leuitas materia excuse, nolendo restituere, peccat mortaliter. Quod idem dicendum est ex Nauar. in seq. ver. 16. si sine iusta causa differat restituitionem debitorum quibus paterna hereditas est obnoxia. Pro qua re faciunt cap. In literis, De raptorib. & quæ Couar. traditad cap. Si he-redes, De testamento.

Ad eundem amorem parentibus à filiis debitum, iij ludi ad-huc pertinet, vt in corporalibus necessitatibus subueniant ipsi: vnde si in captiuitate sint, debent dare operam, vt ab ea liberentur: si mente capti, vt eis sufficienter prouideatur: ex Nauar. in prius cit. ver. 9. Debent quoque si sunt in graui, & extrema necessitate, ex propriis subuenire illis, iuxta D. Tho. 2. 2. quæst. 122. art. 5. ad 3. Alexan. Alen. 3. par. quæst. 33. membr. 2. art. 1. Nauar. in cit. num. 13. verf. 10. Sotum lib. 2. De iustitia. & iure, quæst. 4. art. 5. Estque & hæc obligatio de iure naturali ex Couar. in Epitome 4. decretalium par. 2. cap. 8. §. 6. num. 5. Iuxta quem etiam, si quis sit ex mere tristis genitus tenetur suos parentes alere si egeant, nam in eo quoq; eadem iuris naturalis obligatio viget.

Sed quare si pater patiatur quidem grauem necessitatē, sed à qua se possit arte aliqua & officio leuare, an tunc à peccato excusat filius si ei non subueniat. Respondetur excusari, nisi tale officium esset dedecorū statui illius, vt Nauarri habet loco cit. Quis vero in hac subuenientia facienda patri ordo fit à filio obseruandus, & quibdam debeat patrem in ea præferre intelligentum est ex tractatu de elemosyna.

Explicatio difficultatis de impedimento quod parentum necessitas adferri filii ne siant
Religiosi.

Hic autem offert se dubium: An filius ob sustentandos parentes, teneatur non ingredi religionem, ac num iam ingressus teneatur egredi. Quid cum bipartitum sit ad priorem partem respondetur teneri non ingredi, si quidem necessitas parentum sit extrema: seu qua ipsorum vita pericli-

terur, nec ei aliunde possit occurriri. Pro quo faciunt tradita per D. Thomæ 2. 2. quæst. 101. art. 4. ad 4. Sylvestrum in verb. Religio, 6. quæst. 9. Tabienam in verbo Pietas, num. 2. Nauar. in comment. 3. De regularib. num. 48. & in Enchirid. cap. 14. num. 14. Eaque est communis Theologorum omnium concors sententia, teste Azorio 2. par. lib. 2. cap. 3. quæst. 4. Ac probatur: quia alioqui fieret contra hoc præceptum, ex quo filius tenetur patri in necessitate subuenire. Neque liberum est proper opus consilij relinquere id quod est præcepti; cum vi recte aut Sylvestri, consilii seruentur ut præcepta melius implantur.

Idem pari ratione dicendum est quando pater, si non extrema, at certe ea necessitate premeretur, cui filius occurrere teneatur (ex Nauar. in citato, num. 14.) nec possit per alium. Quod addit: quia si posset per alium, non impeditur ab ingressu religionis ex Sylvestri Religio 2. quæst. 7. Ittudis procedit, etiam si filius voulset ingredi Religionem iuxta ea quæ habent Sylvestri, in ead. quæst. 7. & Tabienam in cit. num. 2. Adde quoque etiam si parentes ipsi, culpæ sua deuenient in talem necessitatem. Sed adiuvante id est intelligendum cum exceptione hac: Nisi sit periculum salutis spiritualis; seu periculum ne ea de causa filius ipse lapsurus sit in peccatum mortale. Quando enim est tale periculum (vt est potest ex circumstantia loci, temporis, complexionis, ac propinquarum occasionum, & malorum habituum) non debet quis praet illo curare ullam patris necessitatem: quia ex charitate ordinaria, animæ propria anteferenda est salutis corporali non tantum patris sed etiam propria.

Posterior vero pars propositi dubij. An scilicet is qui iam est professus teneatur religionem egredi propter parentum iam diu etiam necessitatem, valde controuersum est inter Doctores. Et quidem D. Thomas in cit. quæst. 101. art. 4. ad 4. nulla facta distinctione vult filium egredi non posse, idemque significat Alexander in citata quæst. 33. membr. 4. & admittit Sylvestri Religio 6. quæst. 9. si pater post filij professionem in necessitatem deueniat. Caetanus autem ad cit. ait 4. vult quod si necessitas sit extrema filius debeat egredi. Idem habent Tabienam & Armilla in verbo Pietas; contenditque Caetanus, id non esse alienam à sententia D. Thomæ loco cit. Ceterum sequenda videtur Nauarri doctrina in memorato num. 14. sicut Azor. sequitur in seq. quæst. 5. quod si extrema sit patris necessitas, siue ea præcessit professionem sive sequatur, filius ob eam teneatur egredi, quando non potest ei occurrere. Nec dici potest quod debeat illos committere diuinæ prouidentiæ, quia id esset tentare Deum, petendo ut parentes miraculos aleret, quos aliqui ipsi sustentare posset & deberet. Si vero sit quidem graui necessitas, non tamen extrema: nempe si parentes sint adeo pauperes ut sublatio filij subsidio, cogantur mendicare, aut seruire alios non quidem quomodo cumque; sed cum magna status sui indecentia. Si talis inquam necessitas sit quæ professionem præcedat, tunc quoque tenuerit filius egredi: non item si professionem sequatur. Cuius differentia ratio hæc reddi potest: quod filius non tenetur parentum necessitatē future perinde prouidere ac præfenti vt bene docet D. Thomas 2. 2. quæst. 101. art. 2. ad 2. congruenter verbis D. Pauli, cum ait in posteriori ad Corinth. cap. 12. Filiis non thesaurizare parentib; sed parentes filii. Videndum est pro pleniori confirmatione Nauar. in memorato commentator 3. de regul. num. 48. & sequenti. Ad quam etiam facit quod Dominus cum quidam ab ipso inuitatus ad se secundum diceret. Permitte mihi primum ire & sepelire parentem meum: non permisit ex Lucae cap. 9. sub finem.

Ceterum de Religiosorum professorum egressu à religione ad subueniendum parentibus constitutis in extrema necessitate, tacendum non est, ipsum requirere aliquot conditiones vt licet censeatur. Prima est, vt licentiam petat à suo Praelato; vnde peccat mortaliter egrediendo ea non petitam, quoniam ex vero tenuerit obedire Praelato qui petitam non negabit, quain tunc dare tenuerit, vt consequens est ex antedictis. Secunda, vt talis Religiosus professor, manendo in Religione, nequeat subuenire parentum necessitati. Vnde si vel Praelatus offerret illi necessaria ad subueniendum vel in monasterio permitteret modum lucrandi eadem necessaria; vel petendi elemosynam à deuotis & ab amicis

amicis nullo modo possit egredi. Tertia, ut necessitas parentum sit vere extrema. Nam licet grauis illa, in qua ipsi nequeant vivere nisi mendicando, aut seruiendo alii cum notabili indecentia sui status sufficiat ante ingressum ut filius profiteri non possit; non sufficit tamen ad filium post professionem reuocandum: quia minor est obligatio in hac re professi, tanquam mundo mortui, quam adhuc liberi. Vnde quia necessitas vere extrema rarissime contingit; communiter sit ut ij quæ praetextu paupertatis parentum post professionem egritudinum securi non sint in conscientia. Quarta conditio est, ut egressus gestor habitum religionis, nisi inde impeditur lucrari: tunc enim cogente necessitate posse in aliquem alium decentem mutari de licentia Papæ, vel Episcopi, vel etiam proprii Prelati, cum negotium adeo vrget, ut ad illos recurrer non possit. Quinta, ut quādū manet in sacculo obseruet non solum essentialia religio-
nis, sed etiam maiores obseruationes, sive religionis proprias, sive ieiuniorum, sive aliorum prout poterit. Sexta, ut statim ac parentes subleuauerit ab illa extrema necessitate, eisque prouiderit, reuertatur ad suam religionem. Teneatur autem quam primum moraliter potest subleuare; ita ut id differens ex industria, vt diutius moretur in seculo, non sit tutus in conscientia. Ultima, ut quandocumq; iusius fuerit à Prelato suo redire, oblatis necessariis pro subleuatio-
ne necessitatibus parentum, teneatur redire.

Quomodo autem iure gentium teneatur filius parentibus, egentibus alimenta præstare, etiam auctoritate Iudicis damnatis per eundem fame, & graui pena imposita alimento eis præbenti: qui volet videat apud Azorium in 2. par. lib. 2. cap. 3. in princip. Postea in quæst. 6. referentem causas ob quas filii possunt priuare parentes debitis alimentis; quæ coincidunt cum illis, ob quas viceversa parentes possunt priuare filios debitis etiam alimentis, quas proponemus in scq. cap. se-
tione priore.

Porro quod dictum est de obligatione filiorum subueniendi parentibus in corporali necessitate constitutis, eadem, ac etiam maiore ratione dicendum de constitutis in necessitate spirituali: ideoque ex morbo periculo se decumbentibus, tenentur procurare sacramentorum administrationem, & piorum virorum visitationem, à quibus monita salutis audiant. Vita functionis vero curare, ut corpora eorum iustæ ac debitis sepulture mandentur, & pro eis iuxta Christianorum morem, preces & sacrificia Deo offerantur: eas alienum quod contrarerunt, & legata quæ insituerunt foluantur; prout citatis D. Anton. & Nauarr. addit Azor in eo-
dem cap. quæst. 8.

S E C T I O II.

De filiorum obligatione obediendi parentibus.

NO tamendum est secundo, quoad obedientiam, nec dubitari posse quin filii parentibus exhibere eam teneantur. Ad quod confirmandum Concil. Colon. in expositione hu-
ius præcepti veru 2. inducit tum illud Proverb. 1. Audi filii mihi disciplinam patris tui, & ne dimitas legem matris tuae, &c. Tum quod Isaac figura Christi, pati leganti sic non re-
sistere Gen. 22. & quod Rechabites iussione Ionadab patris, facti sunt abstempi Jeremias 35. Tum demum quod Lucæ cap. 2. Christus Dominus licet verus Deus, legatur Ioseph & Maria parentibus subditus fuisse.

Estatum mortale, non obediens parentibus. Ad quod probandum Nauarr. in Enchir. cap. 14. num. 2. ver. 3. inducit: tum quod Deut 21. filii contumaces præcipiantur obviu-
lapidibus: tum quod ad Roman. cap. 1. (addit & in posteriori ad Timoth. cap. 3.) inter eos qui grauissime peccant, ponantur, non obedientes parentibus. Accedit etiam quod parentum præceptum rationem habeat legis humanæ; & ideo trans-
gressio illius debeat iudicari mortalis eo modo quo trans-
gressio legis humanæ iudicanda est, iuxta documenta tradi-
ta in præced. lib. 15. cap. 5. Id vero intelligendum est proce-
dere in materia graui. Nam in materia leui, filius non tene-
tur sub mortali obediens parentibus; quia cum præcepta di-
uina in leuiibus non obligent sub mortali, multo minus ob-
ligabunt præcepta humana, etiam parentum sint. Vide in
cit. cap. 5. tradita: & addit ex eodem Nauarr. ibidem (quod
etiam inveniunt Sylvest. verbo Filii. num. 25. & Tabiena ver-

bo Filius. num. 17. & Angelus ac Fumus eodem verbo, ille, nu. 30. & hic in principio) ad tale mortale non sufficeret rem esse grauem; sed adhuc requiri, ut sit de iis quibus filius pa-
rentibus subiicitur: in aliis enim mortale non est, illum huic non obedire.

Filius autem parentibus subiicitur in iis quæ pertinent ad domesticam gubernationem, ex Caiet. in verbo Filii pec-
cata, & ex Angelo Sylvestri. Tabiena, Arnilla & Nauarr. locis citatis. Quin adhuc in huiusmodi rebus, si ex incognita abfque contemptu & oblatione, filius non obediens; solum peccaret venialiter, prout notauit Nauar. in sequen.
num. 12. Tenuerit etiam filius fecundum citatos authores ob-
edire parentibus in iis quæ pertinent ad bonos moris: puta si præcipiant fugere noxia sodalium contubernia, iudos prohibitos, meretrices, aliaq; id genus, prout ait Nauarr. loco proxime citato.

Quando igitur parentis præcipit aliquid quod nec ad rem domesticam, nec ad bonos mores spectat, filius non obediens peccat solum venialiter, quia non infert ei grauem iniuriam, tanquam minime laedens ius ipsius. Imo vero potest nullo modo peccare in duobus: nempe in eligendo statu vi-
te, postquam excessit annos pubertatis: nam ea in re non est patri subiecta, ex D. Thoma 2. 2. quæst. ultima, art. 6. Deinde in dispensando ea quæ potest suo iure dispensare: etiam si adhuc sit sub potestate patris, ut censetur posse; pri-
mo peculium castrense, id est, bona quæ filius ipse familiæ acquirit in bello. Secundo peculium quasi castrense, id est, bona quæ eidem proueniunt ex aliquo officio publico, ut Medici, Aduocati, &c. vel ex beneficio aut pensione, alio-
ve stipendiis Ecclesiasticis. Tertio, peculium aduentum cum usufructu. Vbi adverte, quod est illud quod ab alio quam a patre donatur filio familiæ, quod nomine peculij ad-
vity significatur, ordinarie sit patris, quantum ad ipsum &
ad ipsum usum, quandom illi est sub potestate ipsius: ta-
men si ipsum donetur filio sub hac conditione, vt si, non
autem pater ipsum usum habeat, cundem filium posse illud alienare. Quarto, peculium profectum mixtum. Vbi quoque adverte, quod est filius illud quod habet à solo
patre profectum, quod dicitur peculium pure profectum, non
potest alienare in iusto ipso patre: quando tamen ab hoc ac-
cepit certam pecuniam ad aliquod opus peragendum, &
ipse interea sua industria, aut parsimonia referuimus aliquid
peracto rite opere, potest talis residuum pro arbitrio alienare:
sicque ille cui pater quotannis dat certam pecuniam sum-
mam vt alat se, potest si quid sua parsimonia sibi reseruat,
illud donare. Videndi sunt Summularij in verbo Peculium,
& Nauarr. in Enchir. cap. 17. numero 14. & aliquot sequen-
tibus.

S E C T I O III.

Dubia quædam de eadem obedientia.

Hic dubia quædam occurunt. Primum est, An quoad matrimonium contrahendum filius tencatur parentibus consenti. De quo D. Thom. 2. 2. quæst. 104. art. quinto in corpore sub finem, sentit non teneri. Quia sententia sic ac-
cipienda videtur, ut nihilominus procedat illud, quod in verbo Filii dicunt Angelus §. 25. Tab. quæst. 13. & Armil. §. 19. posse quidem filium sine patris licentia matrimonium contra-
hendere valide (valere enim matrimonium, quod filius abs patris
consentiu celebriat, habetur expresse in Concil. Trident. less. 2. 4. cap. 1. De reformat. matrimonij) negandum tamen non esse quin honestum sit, vt filii de parentum consentiu-
talem contractum ineat. Imo sunt qui teneant id esse de
præcepto, quos magno numero refert Thom. Sanchez lib.
4. de matrimonio, disput. 23. quæst. 2. licet ipse contrarium
sentiat cum multis aliis quos etiam referat.

Sufficit autem huic instituto notasse tres casus allatos à
Nauar. in Enchir. cap. 14. num. 15. in quibus mortaliter pec-
cat filius ducem vxorem in iusto patre. Primus est, quando
contra patris præceptum accipit uxorem se minime dignam,
in notabilis ignominiam sua familiæ. Secundus est, quando
multum interest parentum, ut tale matrimonium non
inierit: quia per aliud possunt fedigraues inimicities inter
patrem; & aliquem alium: per quas rediguntur parentes ad
necessitatem: cui (nisi forte causam recusandi matrimo-
niu

nium habeat iustam, arbitrio prudentis) filius ipse ex virtute pietatis teneatur remedium ad ferre. Tertius casus est, quando pater ei ante puberitatem desponsauit vxorem, & ei reicta aliam accepit cum debeat omnino patris in eo voluntatem implere ex cap. 1. De responsi impuberum. Verumtamen quia debitum illud soli est honestatis (pro quo multos autores citat Sanchez in præced. quæst.) bene mouet Navar. ibid. quod si filius causam rationabilem habet, posset sine peccato sic desponsatai reiicere. Quartus casus addi potest, quando filius vxorem duxit, ut tristitia & molestia afficeret parentes, exemplo Elsau, de quo Gen. 28. vers. 8. Id enim aperire est contra honorem hic p̄ceptum.

Ceterum quidquid de his sit: pater non debet cogere filium vel filiam ad matrimonium cum tali vel tali incendium, ex cap. De neptis tuae coniugio, 31. quæst. 2. Ratio est, que habetur in cap. Requisuit, De sponsalibus: quod matrimonia, cum sint contractus onerosi, onere quod homini coheret perpetuo, debeant esse liberae; & in iis coactiones soleant difficiles exitus frequenter habere. Additum quod nefarium sit matrimonij libertatem violare, prout dicitur in Concil. Trident. sess. 24. cap. 9. de reform. matrimonij. Vbi quoque excommunicantur temporales domini ac Magistratus, qui directe vel indirecte subditos suos, vel quodcumque alios cogunt matrimonia contrahere. Quam excommunicationem quidam voluerunt esse generali in quocumque cogentibus. Sed Sanchez in eod. lib. 4. disput. 22. sub finem, bene ostendit comprehendere soli habentes iurisdictionem in foro externo.

Quod vero attinet ad ciuiles leges & statuta quibus prohibetur, ne filii aut filiae absque parentum consensu matrimonium in eant, sufficit hic monere, qui plura scire volet videlicet Azorium 2. par. lib. 2. cap. 2. quæst. 6. 7. 8. & 9. corrigi per illud, quod facit canonis omnimodum in matrimonio libertatem exigunt; unde ne hæc impeditur, in cap. Gemma, De sponsalibus, pena sponsalibus apposita annullatur. Cur autem in hæc re ius canonicum iuri ciuili præualeat, est quod etiam in matrimonio confitetur ad ius ciuile pertinere prout est contractus quidam quo in reip. dispendium ac perturbationem contrahentes abuti possunt; priuilegio tamen de eo disponere pertinet ad ius canonicum: cum id quod in illo dignius est, sit sacramentum, id eoque res spiritualis, quam tanquam dignior minus dignum p̄ca contrarium, ad se trahit.

Porro non tantum valide iusta cap. Sufficiat, 27. q. 2. potest à filii matrimonium contrahi: sed etiam plerumq; sine peccato, vt cum nimia est avaricia parentum recusantium in matrimonium coſentire, eo quod dare nolint dotem quam debent; aut cum plus, & quo lucri cupidi, suorum nuptias negligunt; aut in longum tempus differunt: maxime si iidem iuramentum, aut alio vinculo ad eas se adstrinxerunt; aut etiam cum quis vxorem quam pater dare vult, iusta de causa refutatur.

Secundum dubium est: Vtrum filius teneatur obcedere parentibus cum vetant illis religionis ingressum. Respondeatur, quod si filius iam sit pubes, seu adulsus, non teneatur, prout habet ex D. Thom. 2.2. q. 189. art. 5. Sylvestri in verbo Religio, 2.9. 15. per cap. Si Dominus, 11. quæst. 3. Quod tamen intelligendum est regulariter, seu ita ut possit exceptionem pati, prout constat: tum ex iis qua ibidem tradidit D. Thomas: tum etiam ex iis qua in sectione præced. diximus tractantes difficultatem, Vtrum quis possit religionem ingredi relatis parentibus in necessitate.

Tertium dubium est: An possit filius non obediens parentibus, si ipsum cogant ad ingrediendum religionem. Ad quod respondeatur affirmatiū: hoc est, posse non obediens, quia in iis qua pertinent ad interiorum motum voluntatis (vt maxime constet electio status vita) non tenetur homo homini obediens sed solum Deo; prout docet D. Thom. 2.2. q. 10. 4. art. 5. in corpore prope finem. Ad idem facit quod circumscribitur Concil. Trident. sess. 25. cap. 18. De regularibus, statuit subiungendo anathematum quascumq; personas cuiuscumq; qualitatib; vel conditionib; fuerint, si quomodocumq; coegerint aliquam virginem, vel viduam, aut aliam quamcumque mulierem præterquam in casibus iure expressis, ad ingrediendum monasterium.

Quartum dubium est: An ex obligatione huīus p̄cepti, filius teneatur abstinerē ab ingressu religionis, cum parentes inde graviter offenduntur, non ob necessitatem quam patiantur, sed ob carnalem afflictum, ex quo ægre fertur separacionem illius a se. Ad quod respondendum videatur: filium non obligari quidem ea de causa abstinerē omnino ab ingressu religionis: obligari tamen aliquando ad illum ciferendum per aliquod temporis spatium. Cuius responsionis prior pars ex eo patet, quod de ē irrationali sit offendere de bono opere: quod natum est non scandalum, sed ædificationem, & consolationem adferre. At ingressus religionis, vt nem, Catholici negat, est bonum opus. Offensio igitur seu scandalum quod inde manat, passuum est; ac natum, vel ex eorum qui scandalizantur malitia: & ideo contemendi sunt tanquam caci ad instar illorum, de quibus Mat. b. 15. ver. 12. vel certe ex ipsorum infirmitate & ignorancia; vt si p̄ se et in rudibus, quorum non est tanta ratio habenda, vt omittatur bonum opus, quod ex flumatum fuerit necessarium ad propriam salutem spiritalem: quoniam ex charitate ordinata, quisque tenetur magis suam salutem spiritalem diligere, quam alienam. Unde si quis omittingendo aut differendo aliquod opus bonum, peccaturus sit; nullo modo teneatur illud omittere, aut differre ob alterius scandalum: etiam si ipsum sit mortale peccatum: quia nemo tenetur peccare ad alterius peccatum vitandum. Quare si casus contingat, in quo quis sub peccato tenetur ingredi religionem (vt quia transgreditur alioqui votum de ea ingredienda factum) ob nullum scandalum inde consurgens, postea à tali ingressu abstinerē.

Quod si opus agendum tantummodo sit consilij, non est quidem ob aliquorum scandalum omnino omissendum, est tamen differendum ad tempus (prout habet secunda pars responsionis) quoque ignarus instruatur, aut debilis confortetur, vel redditum salem sufficiens ratio ad instruendum vel confortandum. Nam quantum possumus sine praediicio nostro, tenemur impidere peccata proximi. Talis autem dilatio potest esse sine praediicio. Quod si infirmus post redditum rationem sufficientem, ad ipsum quietandum, adhuc perseveret in suo scaldo, non est obligatio ulterius differendi: quia scandalum illius esse ex infirmitate, incipit esse ex malitia.

Additum nec dari talem obligationem quando imminet periculum salutis, nisi statim id ipsum opus consilij implieatur: quia tunc idem opus est in præcepto. Quaratione filius volens ingredi religionem si aduentat parentes velle v. g. ad eum introducere mercetrem, ut pudicitia faciat iacturam, porre nulla habita ratione cuiuscumque scandali ipsorum, statim ingredi religionem. Addiderim etiam quandocumque per dilationem talis ingressus, redderetur postea impossibilis aut certe maxime difficultis; tunc enim fatis esse potest, si post factum, redditur ratio illius sufficiens ad tollendum (si quod ea occasione oriatur) infirmorum aut ignorantium scandalum. Quod si nihil proficiatur, mala inde sequuta non imputabatur filio, qui ingressus est: sed ipsi parentibus scandalizatibus se absque rationabili causa. Atque per hæc fatis patet quando repugnet, aut non repugnat huic p̄cepto ingredi religionem contra parentum voluntatem.

Vltimum dubium est: Quid operetur patria potestas, & quomodo filius ab ea liberetur. Eius vero priori parti respondeatur, varios quidem referri effectus patriæ potestatis: sed omnes reduci ad tria capita, iuxta ea ad quæ se eadem potestas extendit. Quorum primum, ita voluntas filii: quoad quam idem filius duo habet respectu patris, scilicet ut id in sit cum eo; & vt si sub ipsis potestate. Atque ratione prioris, nullus contractus, nulla actio, nulla obligatio ciuilis potest esse inter patrem & filium: quoniam illa sunt inter diuersos. Ratione posteriori vero, nullum contractum vel actionem ciuilem potest filius facere sine consentia patris. Secundi est substantia, seu bona filii quæ omnia sunt patris, exceptis periculis quæ commemo: animus supra i. 17. Tertium est, persona filii, hacque ex parte pater pro sua potestate potest filium verberare. Ceterum patria ipsa potestas non tantum est in filii ipsum: sed etiam in omnes per ipsum descendentes, vt in nepotem vel pronepotem, in neptem & pro-

neptem:

neptem: est tamen tantum in filiam, non vero in eos qui per eam descendunt, prout habetur Institutus de patria potestate, §. finali.

23. Posteriori autem parti dubij respondet: octo maxime modis filium liberari à patria potestate. Primus est quando pater moritur, ex tit. Quibus modis ius patris potestatis soluitur, in principio, Inflitus. Secundus, quando pater transit in potestatem alterius, vt sit per ingressum religionis, quo transit in potestatem sui Superioris. Ita Syluest. & Armilla verbo patria potestas. Et ratio esse potest, quia tunc pater moritur mundo, nec potest amplius proprium habere. Tertius est, quando filius ingreditur religionem post 14. annum, vt habetur ex cap. Si in qualibet, 20. quest. 2. & expressis glof-
fa fin. ibid. Quartus est, quando filius fit Episcopus, vt ha-
betur ex cap. Si seruus, 2. distin. et. 54. Quintus, quando pater deportatus est, nō item quando est relegatus, vt habetur In-
stitutus titulo proxime citato §. 1. Vbi aduertere damnatum
perpetuo exilio, dici deportatum, damnatum vero ad tem-
pus, dicere legatum ex lege Relegatorum §. 2. ff. De interdi-
ctis, relegatis ac deportatis. Sexus est, quando pater sit hæ-
reticus, vt habetur ex cap. 2. De heret. in 6. §. finali. Septi-
mus, quando pater exponit filium infante, vel languidum,
aut alio ipsum exponente consentit, aut id ratum habet. Octauus, quando filius emancipatur à patre, id est, quando pa-
ter coram Iudice competente, hanc potestatem, quam in fi-
lium habet, relaxat.

Sunt etiam aliquot causa, quæ licet non liberent à patria potestate, propter eas tamen pater in foro exteriori cogi potest ad emancipandum filium. Nimirum vt notauit Couar. De testam. ad cap. Raynati. num. 21. illa propter quas filius potest exhæredare patrem, de quibus postea itemque alias quatuor, quas commemorant Summularij in verbo Emancipa-
tio. 1. si pater sine misericordia filium verberibus afficiat.
2. si cogat filium peccare in corpus suum, 3. si filium arro-
gari permittit, id est, adoptante pubertatem, & ille post pubertatem probaverit id sibi non expedire. 4. si pater agnouit sibi relictum legatum, vt filium emanciparet. Ad-
duntidem ibidem emancipatum redire rursus in patriam potestate propter alimenta iniuste denegata pati in ne-
cessitate graui, aut extrema. De quibus differeret plenius lu-
ris consultorum est maxime.

SECTIO IV.

De filij obligatione ad reverentiam parentum.

24. Circa reuerentiam exhibandam parentibus ut debitus honor illis reddatur, notandum est mortaliter delin-
quere filium, qui patrem percutit: etiam si percussio sit leuis:
vt recte nota Nauar. in Enchir. cap. 14. num. 13. Quæ enim
est natura sua leuis, ex hac circumstantia (quod scilicet qui percutitur pars sit) aggrauatur mortaliter. Quia ratione etiam crediderim filium qui deliberate manum tantum at tolleret ad percutiendum patrem, etiam si percussio non sequatur, mortaliter delinquere. Quanquam potest aliquando filius non peccare nisi percutiendo patrem, nimirum si id faceret defendendo scilicet a patre, quam ei pater ipse inten-
tat, nec aliter se tueri valeat: aut defendendo rem publicam, aut Principem ut serueretur incolumis. Ad quod faciunt ea quæ scribit Couar. ad cit. cap. Raynati in princip. num. 9. Mortale pariter committit filius si parentes afficiat contumelias, opprobrios, conuictus, vel ei viuis aut mortuis delin-
quere maledicat. Quod idem dicendum est de filio, qui ex cõ-
tempno parentes agnoscere dignatur, vt ex Alex. Alesni ha-
bet Nauar. in cit. num. 13. verf. 8. Excusaret tamen à mor-
tali is qui citra contemptum iusta de causa d. f. l. m. art: vt si quis cum veneri ad pinguiorem fortunam, non vult agnoscere suos parentes: non quide in contemptu: sed ne si id fecerit, patiatur dispensatio honori, vel rerum temporali: quem à mortali excusari, maxime si parentes ipsi consentiant, expressis etiam loco cit. Nauarri.

25. Infuper peccat mortaliter filius accusando patrem aliquius criminis, ex Nauar. in præced. ver. 7. Quod intellige etiam si crimen verum sit, argumento eius quod docet. Co-
uarruiss in seq. num. 11. de exhortatione filij ob talen ac-
cusationem. Ac etiam maledictionis quæ in Cham fulmina-
ta est à patre suo Noe, ob ipsum ab eo irrisum. Concedendū

tamen est, quod aliquando absque peccato filius patrem de criminis accusare possit: puta cum crimen fuerit proditio in regnum, vel in rem p. aut hæresis, iuxta Nauarrum loc. cit. Quod videtur refingendum ad casum in quo nondum es-
set facta proditio, aut in quo pater esset aut dubitaretur fu-
turus disseminator hæresis: quia talis accusatio conceditur filio, vt totam communem à graui malo temporali aut spirituali possit liberare: ad quod extra eos casus, non est ne-
cessitas accusationis.

26. Concedendum item est, quod sine peccato possit non
nunquam, tam in causa iuili quam in criminali filius con-
queri de patre, seu aduersus patrem implorare Iudicis auxi-
lium, ex cap. Prohibentur, 2. q. 1. De qua re vide Tabiemam in
verbo Filius, num. 16 & Sylvestruum in verbo Filii, num. 28. Et adde in confirmationem quod Couar. ex communis senten-
tia habet in Epitome 4. Decretalium par. 2. cap. 7. in prin-
cipio, num. 4. item permitti inter patrem & filium. Pro qua
facit cap. Nou. est. De sponsal. in quo Rex Anglorum cogi-
tur restituere vxorem filio repentina. Vtrum autem peccent
filii si aduersus parentes testimonium ferant, difficultas esse
potest. Videtur vero tenendum quod peccent: pro quo facit
textus in lege Parentes, Cod. Detestibus, & in cap. Si testes
prope fin. 4. quest. 3. & ita tradit Sylvestri in verbo Corre-
ctio, quest. 7 post medium.

*Explicatio difficultatis de peccato quod à filiis committitur
accipiendo aut expendendo bona,
paterna.*

SECTIO V.

27. Huius difficultatis quotidianis occursus exigit, vt ante-
quam ad alia transcamus aliquot documenta ad eius ex-
plicationem, pro Confessarij institutione addamus.

Primum est, filium mortaliter peccare cum obligacione
ad restituionem, si notabile summanum accipiat de bonis
parentum ipsi merito inuitus. Hoc communiter receptum
est. Et patet per illud Proverb. 28. Qui subtrahit aliquid à
patre suo, & a matre, & dicit hoc non esse peccatum, parti-
cips homicidæ est.

Secundum est, similiter peccare filium si expendat in res
turpes & vanas (vt in ludum, vel compotationem, vel festi-
nas) notabile sumum am contra voluntatem parentum, ex
iis pecunias quas hi de derunt illi ad emendos libros aut ve-
stes, aut ad alium aliquem peculiarem viam. Itud est Nau-
ari in Enchir. cap. 17. num. 16. 4. Et probatur quia parentes
ipsi non intendunt donare simpliciter tales pecunias filio, &
dominium illarum in ipsum transferre: sicut si darent addi-
to solum mandato, vt honeste & in bonis viis impenda:
sic enim videretur à restituione excusari, sed intendunt donare
cum limitatione ad vias à se determinatos: adeo vt filius ipse
non acquirat talium pecuniarum dominium ad alios, quam
ad tales vias. Potest tamen in illo quoque censu confiri ex-
cusatus à restituione. Primo, si in ipsius tantum incommo-
dum abusus ille cessat, nec parentis viuum damnum inde ac-
cipiat: quia non fit illi ea de causa plus expendendum, quam
alloqui expendisset. Secundo, si parentis condonauerit vel
putetur facil condonatus, si filius ipse auderet cum ro-
gare. Tertio, si constet alios cohæredes, tantum simili-
ter expendisse.

Tertium documentum, non peccare mortaliter filium
accipiendo bona paterna in quantitate quæ prudentis iudi-
cio, notabilis nō censetur pro conditione status, & persona-
rum: aut quam probable est parentem cōcessurum si ro-
get. Huius prior pars pat: ex cōmuni doctrina de paritate
materiæ excusante à mortalitate. Posterior vero ex eo quod tunc
parentis non videatur esse inuitus, quoad substantiam acci-
pitionis, etiam forte sit, quoad modum accipiendi.

Quartum documentum, excusari posse à peccato filium,
qui dum veratur in studiis, aut alias extra domum paternam
aliqua expendit in eleemosynam aut in honestas recrea-
tiones more aliorum suarum conditionis. Hoc est Nauari in eod.
cap. 17. num. 17. Et probatur quia parentis merito praesum-
ptio id permettere, cum non sit à ratione alienum: nisi de con-
traria voluntate ipsius constet probabiliter.

Quintum est, non peccare filium si aliquid de bonis pa-
rentum accipiat ad subveniendum proximo in extrema, aut
graui

gravi necessitate constituto. Probatur: quia parens non potest esse de eo rationabiliter iniuritus: cum & ipse met idem facere teneatur, per communem doctrinam de elemosyna.

Sexum est, non peccare filium etiam adhuc constitutum in patris potestate, accipiendo ex bonis suis castrisibus, aut quasi castrisibus, seu quae acquisuit occasione militiae, vel officij publici, aut beneficij Ecclesiastici. Hoc patet, quia talia bona non pertinent ad patrem, sed ad solum filium: qui proinde respectu eorum sit quasi paterfamilias ex communione doctrina, de qua Nauar. in Enchir. cap. 17. n. 142. Quod notandum est à Confessariis ne facile cogant ad restitutio- nem filium cuius pater percipit fructus beneficij, quod habet, Ecclesiastici.

Septimum est, filium gerentem negotia patris posse (de duis expensis quas pater ipse facit in illo alendo) pro suo labore & industria, tantumdem accipere quantum in mercede daret extraneo: nisi ille intendat facere gratis, aut teneatur facere ad alimentum patri exhibendum. Hac est Nauarri doctrina in cit. cap. 17. num. 144. fundata in naturali aequitate, quae dicta, ut laborans iustum stipendium accipiat. Quanquam ad id necessarium est, ut filius expelleat vel tacite offendat se velle luerari. Nam qui gerens alterius negotium querit mercedem, debet id illi explicare: quia forte dare non vult; nec ea ratione, sed alia, rebus suis consulere. De quo si nihil constare possit; nec filius ob reuerentiam paternam audeat parentem interrogare, sufficere ei potest, quod parens ipse non possit iure, tale quid agere ferre. Quod si probabiliter collaret, parentem id ipsum negotium aliqui gesturum esse per se ipsum aut per alium qui gereret gratis, vel mercede minore, tunc non esset locus tali compensationi laborum: ut nec si illi essent subeundi ad subueniendum parenti constituto in necessitate: quia esset obsequium debitum ex charitate ac gratis exhibendum.

Adiuerte obiter quod cum talis merces non numeretur inter bona filiorum qua castrensis, aut quasi castrensis dicuntur: sed aliorum qua vocantur aduentitia: illius visum fructum non competit filio ante emancipationem suam, aut mortem patris, ad quem spectat visus fructus bonorum eius generis, ex lege Non solum, & ex lege Cum oportet. C. De bonis qua liberis in potestate constitutis acquiruntur. De quo Nauar. in Enchir. cap. 17. num. 143.

C A P V T III.

De obligatione parentum erga filios.

S V M M A R I V M.

- 29 Obligatio parentum alendi filios etiam spurious.
- 30 Causa excusantes ab eadem obligatione.
- 31 Quod talis obligatio non tangat ex aquo patrem & matrem, & in quo sit diversitas.
- 32 Obligatio alendi filios locum habet non tantum quod legitimis, sed etiam quod spurious.
- 33 Explicatio dubij, an mater teneatur filium lactare proprio latte.
- 34 Patri incumbit obligatio dotandi filiam.
- 35 Parentes tenentur mediocrem diligentiam adhibere in comparandis temporibus bonis pro filiis. Et quando per hos accepta mutuo, illi non teneantur restituere.
- 36 Parentes tenentur filium constituere heredem.
- 37 Causa ob quas pater potest exheredare filium.
- 38 Quodam circa eadem causas notanda.
- 39 Quonodo ea non sufficient ad negandum filio alimenta quibus indiger simpliciter.
- 40 Documenta aliquot de parentum obligatione alendi filios.
- 41 Obligatio parentum ad bonam educationem filiorum.
- 42 Quonodo illi hos castigare possint, & que debeant circa eosdem curare.
- 43 Quid sit iudicandum de expensis quas parentes faciunt alieno filium in scholis.

MULTA quidem sunt ad quae parentes erga filios seu filias tenentur ut colligere est ex iis quae tradit D. Anton. 1. par. tit. 14. cap. 4. §. 6. sed ad duo fere omnia reducuntur: quorum alterum est debita vita sustentatio; alterum bona educa- tio prout attingit Caiet. in verbo Adulterium, in fin.

S E C T I O P R I O R.

De obligatione parentum ad sustentationem filiorum.

Quod ad prius attinet, parentes teneri filios suos alere, habetur ex legi 1.2. & 3. Cod. De aliendis liberis, & ex lege. Nec filium, Cod. De patria potestate; estque haec obligatio naturalis prout communem omnium sententiam esse habet Azor in 2. par. sue summa lib. 2. cap. 4. quest. 1. Et patet ex eo, quod oritur ex ipsa naturae propensione, quae communis est homini cu bellum: siquidem ferat etiam quantumcumque alioqui se & immanes, nutritum proles suas. Quapropter parentes mortaliter delinquerent qui filii notabiliter defensent in necessariis alimento ab aliis causa rationabili, prout habet Nauar. in Enchir. cap. 14. n. 17. Et probatur efficaciter ex cap. Si quis reliquerit, dist. 30. in quo anathema talib. dicitur. Id quod locum habet etiam quod filios spurious, ut in verbo Alimenta tradunt Syluest. & Tabieni: ille quest. 1. & hic nu. 5. & late Couar. in Epitome 4. Decretal. per 2. cap. 8. §. 6. quibus Azor alius adhuc citatis, afferuntur in seq. quest. 7. Neque quod hoc faciendam esse distinctionem inter filios illegitimos ante ipsum rationis vel post eundem, probatur ex cap. Cum haberet, De eo qui duxit in matrimonium in fine: ubi aperte statuitur talibus, necessaria subministranda esse à parte, secundum quod facultates ei suppetunt.

Dixi, ab aliis rationabili causa, quia ex eiusmodi causa excusarentur parentes: ut si non haberent in bonis, ex quo id praestare possint prout loco cit. Nauar. & Sotus in 4. dist. 41. quest. 8. vniuers. art. 4. concl. 2. ac Sylu. verbo Filij, quest. 21. & Tabieni verbo Alimentum, nu. 7. tangunt. Item si filius habeat aliunde patrimonium, aut artem unde seipsum alere possit, prout ex lege Si quis à liberis. §. Si filius, ff. de liberis agnoscend. tradit multis alius citatis Couar. in memorato §. 6. num. 9. Addens id intelligi, dummodo non sit dedecus filio talenti artem exercere: quod idem addit Sylu. in cad. quest. 21.

Censendi sunt quoque parentes similiter excusari, cum etiam si dantes sint, filium tamen alere non possint sine vita propriæ periculo: que est expressa sententia Sotii loco cit. ponentes exemplum de matre qua filium suscepit ex adulterio. Unde licet alias parentes mortaliter peccent exponendo filios suoalendos in hospitalibus, vel in aliis similibus domibus (nec enim obligatio quam habent illos alendi, debent ea ratione faciare, iuxta Nauar. in cit. num. 17. & alios quos Couar. refert & sequuntur in cod. num. 9.) tamen in eventu nullum peccatum foret exponere filium alendum eiusmodi locis: non secus ac hinc id ipsum facerent parentes, quando extrema aut valde gravi necessitate premerentur. Attamen debent tempus, locum, aliaque circumstantias obseruare, ut filij sui institutionem possint curare. Atque si pater aut mater indigens non sit, debet pro expensis illius satisfacere hospitali, prout notant Caiet. in verbo Adulterium, & in eodem verbo Syluest. q. 5. Armi. §. 8. Tabieni num. 6. post D. Anton. 2. par. tit. 2. cap. 7. circa fin.

Excusantur adhuc parentes ab aliendis filiis ex aliis causis: ut intelligere est ex Panorm. ad cit. cap. Cum haberet, & ex Sylu. in verbo Filij, q. 21. & Tabieni verbo Alimentum, n. 7. De quibus illad in vniuersum constat, quod ex quibus causis licitum est patrillum exheredare, licitum quoque sit eidem alimento denegare. Id quod pluribus aliis in eandem sententiam citatis tradit Couar. in cit. §. 6. num. 17. Quae vero sint ex causa paulo post dicemus.

Si quaevis An praedicta obligatio alendi filios tangat parentes ipsos ex quo. Respondet negatiue. Ad matrem enim spectat, filio visque ad primum triennium subministrare necessaria, ut habetur ex lege. Nec filium, Cod. De patria potestate: traduntq. Syl. in verbo Alimentum quest. 2. Tab. eod. verbo quest. 4. Nauar. in Enchir. cap. 14. n. 17. & Couar. in eod. §. 6. n. 13. Ad patrem vero secundum eisdem, deinceps pertinet praefata subministratio. Quod si fiat diuortium inter parentes, iudex qui illud facit, statuere debet à quoniam ali debent filii, prout tradit Syluest. in verbo Filij, q. 21. De qua repluribus tractat Thom. Sanchez lib. 10. De matrimonio, disput. 20. Ceterum si contingat matrem non posse per illud triennium alere filium, ad patrem id pertinebit; sicut & ad matrem pertinebit, etiam post triennium, eundem alere si